

Compiti delle vacanze classe 4M a.s. 2023-24- **Latino**

Tradurre le versioni dalla 52 alla 60, con traduzione interlineare, postate in classroom e riportate qui sotto. Ripassare la sintassi dei casi e la sintassi del congiuntivo. Vedi pagine sottoriportate.

victurus, si in sestertio centiens vixisset, veneno vitam finivit. Quanta luxuria erat ei, cui centiens sestertium egestat fuit! Illi vero tam pravae mentis homini ultima potio saluberrima fuit. Nam, nimius epularum sumptus insania est putanda.

(SENECA)

49 Proposte di Ponzio ai Romani vinti

In castris Romanis cum frustra multi conatus ad erumpendum capti essent, et iam omnium rerum inopia esset, victi necessitate legatos mittunt, qui primum pacem aequam peterent; si pacem non impetrarent, uti provocarent ad pugnam. Tum Pontius debellatum esse respondit et, quoniam ne victi quidem ac capti fortunam fateri scirent, inermes cum singulis vestimentis sub iugum, missurum. Alias condiciones pacis

90

52 La misura della generosità

Non dubium est quin illa benignitas quae constet ex opera et industria et honestior sit et latius pateat et possit prodesse pluribus: nonnumquam tamen est largiendum, nec hoc benignitatis genus omnino repudiandum est et saepe idoneis hominibus indigentibus de re familiari impertiendum, sed diligenter atque moderate; multi enim patrimonium effuderunt inconsulte largiendo. Quid autem est stultius quam, quod libenter facias, curare ut id diutius facere non possis? Atque etiam sequuntur largitionem rapinae; cum enim dando egerere coeperunt alienis bonis manus afferre coguntur. Ita, cum benevolentiae comparandae causam benefici esse velint, non tanta studia assequuntur eorum quibus dederunt, quanta odia eorum quibus ademerunt.

(CICERONE)

91

VERSIONI DI RIEPILOGO DELLA MORFOLOGIA E DELLA SINTASSI DEI CASI

53 Discorso di Scipione l'Africano

«Vos ego milites, non eo solo animo, quo adversus alios hostes soletis, pugnare velim, sed cum indignatione quadam atque ira, velut si servos videatis vestros arma repente contra vos ferentes. Licuit ad Erycem clausos ultimo supplicio humanorum, fame, interficere; licuit victricem classem in Africam traicere atque intra paucos dies sine ullo certamine Carthaginem delere; veniam dedimus precantibus, emisimus ex obsidione, pacem cum victis fecimus, tutelae deinde nostrae duximus, cum Africo bello urgentur. Pro his impertitis furiosum iuvenem sequentes oppugnatum patriam nostram veniunt. Atque utinam pro decore tantum hoc vobis et non pro salute esset certamen! Non de possessione Siciliae ac Sardiniae, de quibus quondam agebatur, sed pro Italia vobis est pugnandum».

(LIVIO)

54 Una vera amicizia

Volumnius, ortus equestri loco, cum M. Lucillum familiariter coluisset eumque M. Antonius, quia Bruti et Cassii partes secutus erat, interemisisset, quamvis ei fugere liceret, exanimi amico adhaesit tantumque lacrimarum profudit ut nimia pietate causam sibi mortis accesseret. Nam propter praecipuam et perseverantem lamentationem ad Antonium perductus est. Postquam in illius conspectu stetit: «lube me, — inquit — imperator, profrin ad Luculli corpus duci et occidi: neque enim, absumpto illo, superesse debeo, quia ei infelicis auctor militiae exstiti». Quid hac benevolentia fidelius concipi potest? Quo¹ mortem amici miserabiliorem redderet, se ipse accusavit atque inimico invidiosum fecit. Nec Volumnius difficile Antonii aures habuit: nam illius iussu quo² voluerat ductus est et, dexteram Luculli avidè osculatus, caput, quod abscisum iacebat, pectori suo adplicavit ac deinde demissam cervicem carnificis gladio praebuit.

(VALERIO MASSIMO)

1. Quo: sta per ut con valore finale. - 2. quo: è avverbio di moto a luogo: «dove».

55 Un sogno premonitore

Multa et fausta et dira somnia factis, quae secuta sunt, confirmata esse traduntur. Apud Actium M. Antonii fractis opibus, Cassius Parmensis, qui partes eius secutus est, Athenas confugit. Ibi concubia nocte, cum sollicitudinibus et curis mente sopita in lectulo iaceret, existimavit ad se venire hominem ingentis magnitudinis, coloris nigri, squalidum barbā et capillo immissis, interrogatumque quisnam esset, ita respondisse: «Scito me malum genium tuum esse». Perterritus deinde taetro visu et nomine horrendo, Cassius servos inclamavit sciscitatusque est num quem talis habitus ut intrantem cubiculum aut exeuntem vidissent. Cum ii adfirmarent neminem illum accessisse, iterum se quieti et somno dedit, atque eadem animo eius observata species est. Itaque, fugato somno, lumen intro ferri iussit servosque a se discedere vetuit. Inter hanc noctem et supplicium capitis, quo eum Octavianus adfecit, parvulum admōdum temporis intercessit.

(VALERIO MASSIMO)

92

VERSIONI DI RIEPILOGO DELLA MORFOLOGIA E DELLA SINTASSI DEI CASI

56 Astuzia di Ulisse

Thetis, cum sciret Achillem filium suum, si ad Troiam iisset, periturum, commendavit eum in insulam Scyron ad Lycomedem regem, quem ille inter virgines filias habitu femineo servabat, nomine mutato. Achivi autem, cum rescissent ibi eum occultari, ad regem Lycomedem oratores miserunt qui rogarent ut eum adiutorium Danais mitteret. Rex, cum negaret apud se esse, potestatem eis fecit, ut in regia quaererent. Qui cum intellegere non possent qui esset, Ulixes in regio vestibulo munera feminea posuit, in quibus clipeum et hastam, et subito tubicinem iussit canere armorumque crepitum et clamorem fieri iussit. Achilles hostem arbitrans adesse, vestem muliebrem dilaniavit atque clipeum et hastam arripuit.

(LIVIO)

57 Il metodo di studio ideale

Quaeris quemadmodum putem te studere oportere. Utile est in primis, quod multi praecipunt, vel ex Graeco sermone in Latinum vel ex Latino vertere in Graecum. Hoc genere exercitationis proprietates splendorque verborum, copia figurarum, vis explicandi, praeterea, imitatione optimorum, similia inveniendi facultas paratur. Intelligentia ex hoc et iudicium acquiritur. Scio nunc tibi esse praecipuum studium orandi; sed non semper pugnacem et quasi bellatorum stilum tibi suadeo. Ut enim terrae variis mutatis seminibus, ita ingenia nostra nunc hac, nunc illa meditatione recoluntur. Volo interdum te aliquem ex historia locum apprehendere, aut epistolam diligentius scribere, aut brevia carmina componere. Sic summi oratores, summi etiam viri se aut exercebant aut delectabant, immo delectabant exercebantque. Habes plura etiam fortasse quam requirebas; unum tamen omisi: non enim dixi quae legenda esse arbitraret. Memento sui cuiusque generis¹ auctores diligenter eligere: merito enim aiunt multum legendum esse, non multa.

(PLINIO IL GIOVANE)

1. generis: qui vale per «genere letterario».

58 Un duello memorabile

Gallus quidam, nudus praeter scutum et gladios duos, torque atque armillis decoratus processit, qui et viribus et magnitudine et adulescentia simulque virtute ceteris antistabat. Is manu significare cepit utrisque¹ ut quiescerent. Pugnae facta pausa est. Ex templo, silentio facto, cum voce maxima conclamat, si quis secum depugnare vellet, ut prodiret. Nemo audebat propter magnitudinem atque immanitatem faciei. Deinde Gallus irridere coepit atque linguam exsertare. Id subito perdoluit est cuidam Tito Manlio, summo genere nato, tantum flagitium civitati accidere, et tanto exercitu neminem prodire. Is processit, neque passus est virtutem Romanam ab Gallo turpiter spoliari. Scuto pedestri et gladio Hispanico cinctus contra Gallum constitit. Gallus sua disciplina², scuto proiecto, cunctabundus stetit; Manlius, animo magis quam arte

93

